



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1767

VD18 9011826X

§. 44. Ordo Christi in Lusitania.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)

Sæcul. XIV. tino Pro - Tribunus : quos Episcopus &
 A.C. 1318. Inquisitor rogabant, ut illorum vitæ par-
 cerent. At cum hæ preces sint so-
 lum consueta formula Inquisitionis, Tri-
 bunus ad rogam condempnatos comburi
 jussit eodem die proximo ante Apparitio-
 nem S. Michaëlis. Secta eos sua coluit
 velut Martyres.

Baluz. to. I.
 p. 117. 693.

Kayn. 1318.
 n. 53.

Emerit. di-
 rect. p. 283.

D, 328.

§. XLIV.

Ordo Christi in Lusitania.

Baluz. to. I.
 p. 741.

p. 159.

Dionysius Lusitaniæ Rex Joannem Pe-
 trum Peresium Canonicum Conim-
 bricensem, ac Joannem Laurentium Vi-
 rum nobilem tanquam Procuratores suos
 misit, qui Papam inducerent ad erigen-
 dum novum Ordinem militare. An-
 nuens is hunc sub nomine militiæ Chri-
 sti in Lusitania & Algarbia instituit ad
 Christianam fidem tuendam contra Sa-
 racenos ibi versantes, voluitque Magi-
 strum Ordinis Castellum Marinum dice-
 ceseos Silvensis incolere; Equites bona
 omnia, quæ ad Templarios utroque in
 regno spectaverant, possidere, regulam
 Cisterciensem secundum Calatravensia
 statuta sequi, Alcobaciano Ulyssipponen-
 sis dioceseos Abbati tanquam Inspectori
 Correctorique obnoxios esse, ac eidem ut
 Ecclesiæ Romanæ Vicario, sicut etiam
 Lusitaniæ Regi Magistrum Ordinis fidem
 ac

ac obsequium jurare. Hæc sunt, quæ Sæcul. XIV.
A.C. 1319.
 continet diploma 14 Martii anno 1319
 editum: & quinto sequentis Maji Rex
 Dionysius Irenopoli agens hoc institutum
 per suas litteras confirmavit. Anno
 priore Papa eidem Regi Sacras reliquias
 miserat; & ab eo quater mille monetas
 aureas dono accepit. Rayn. 1318.
n. 40.

§. XLV.

*Papa rogatur, ut Poloniam denuo
 regnum faciat.*

Polonia carebat Rege per annos du-
 centos quadraginta; nimirum ex quo
 Boleslaus Crudelis ejus Rex quartus
 commune odium in se converterat per
 cædem S. Stanislai Episcopi Cracovien-
 sis. Papa Gregorius VII illum de fastigio
 detractum, & subjectos ab ejus domi-
 natu liberos declaravit: consurrexerunt
 in eum Proceres: & in Carinthia vitam
 posuit ab omnibus derelictus. Polonia
 recidit sub ditionem Ducum, in qua fue-
 rat ante Boleslaum suum Regem primum:
 atque per hanc partitionem supremæ au-
 thoritatis incisos sibi nervos sensit. An-
 no 1316 Ladislaus Loctecius Cracoviæ
 Dux per Geruardum Uladislaviensem E-
 piscopum Legatum suum oravit, ut Papa
 in ipsius gratiam dignitatem regiam in-
 staura-

Sup. lib. 62.§. 62.Longin l. 3.p. 295. edit.1711.Lib. 9. p. 959.